

De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm
in lucem prodiêre

Complectens Santos Mensivm Novembbris Et Decembbris

Surius, Laurentius

Coloniae Agrippinae, 1576-

VD16 S 10263

De S. Eucherio Episcopo Lugdunensi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77423](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77423)

ARMONIUM NOVEMBER. MITOLO
De contracto quodam sanato. Cap. 4.

NEC multò pòst alius quidam, pedem cum tibia altius à terra leuatū, & ad posteriora contractum, nō ad subsidium itineris, sed ad ponderis potius grauitudinem ferēbat. Hic die quadam baculis suffultus, monasterium deuenit, & beati Othmari oratoriū ingressus, coram altario eius stando, cùm orāset, pes ipse cum tibia solutus protenditur: sonitumque in modum fradi cuiusdam ligni crepitando emittens, corrigitur. Nec mora, suo restitutus officio, ferentem se ferebat, portantemque grata mercede remunerans deportabat.

De sanctimoniali femina post diuinam cæcitatem illuminata. Cap. 5.

SVb ipsius anni spatio sanctimonialis quædam de oppido, quod Bafilea dicitur, ante annos quatuor vtrisq; luminibus orbata, fororis sue ducatu ad monasterium tendendo peruenit: ibique tribus ferè hebdomadibus cæcitas tenebris adhuc inuoluta permanxit. Annuo autem cursu accende feniūtate, qua Catholica per orbem Ecclesia sancti spiritus aduentu latur, in sabbato, quod eam præcedens, ipsi quoquæ imminet, cùm multitudine populi more solito orationis causa monasterium adiret, sanctimonialis ipsa interalios, qui aduenient, hora diei quasi quarta, ante beati viri tumbam oratura proferuntur: ibique aliquantipèr orando, lumen quod amiserat, recepit: multisque in vnum conuentibus, perspicuitate huius miraculi, magna admodum lætitia causa fuit.

VITA S. MARGARETAE Reginæ Scotiæ, cuius festum in decimosexto Nouembri incidit, habetur 10. lunij. Consulat itaque Lector tomum tertium, ybi dicto die eius vita describitur.

DE SANCTO EVCHERIO EPISCOPO LV.
GDVNENSI, EX MARTYROLOGIO ADONIS
Archiepiscopi Treuirorum.

Noueb. 16.

S. Eucherii
in spelunca
dedit.



ATALE sancti Eucherii Episcopi Lugdunensis, admirandæ fidei, virtutis & doctrinæ viri. Qui ex nobilissimo senatus ordine ad religiosam vitam habitumque conuersus, diu in agro suo super fluum Durentiam intraspsa speluncæ sponte conclusus, Christo seruuit, ieiunijs & orationibus vacans. Defuncto autem pontifice Lugdunensi, cùm vniuersitate Ecclesia, iuxta morem à se antiquitus obseruatam, triduanis ieiunijs & obsecrationibus, qui gubernationem eiusdem Ecclesiæ suscipere debet, sibi poscerat à Domino reuelari, cuidam puer appârens in visu Angelus Domini: Est, inquit, senator quidam Eucherius nomine, super fluum Durétiam retrusus in specu, qui relictis omnibus, quæ possidebat, secutus est Dominum. Ad hunc deducendum pergit, & vobis pastorem illum constituite, quoniam à Deo est electus.

Quod cùm puer senioribus diluculò retulisset, omnipotenti Deo, cunctis fratribus congregatis, gratias egérunt: missisque cum clericis ad prefatum locum Archidiacono, qui tunc Ecclesiæ curam gerebat, inuenerunt eum, sicut eis Dominus reuelauerat. Cumque illi Archidiaconus rem, propter quam venerant, indicasset, coepit cum iuramento dicere, se voluntarie de specu non egressurum, nec cum eis nisi ligatus duceretur, iturum. Cumque diu talia repeateret, Archidiaconus effracto muro speluncæ eduxit eum, & iuxta quod ipse iurauerat, vinctum perduxit Lugdunum. Quem par animo vnoque confensu Clerus & populus sibi eligens factorem, in pontificali cathedra solenniter collocauit.

Vxorem habuit ante Episcopatum, illic vita sua tempus in studio religionis exigit. Duæ ipsorum filiae, quarum una quæ postea Consortia, altera Tullia vocabatur, virginitatis gratia & signorum gloria claruerunt.

VITA